



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

edendo. & communiter doct.

1 Fallit 3, ubi fama publica facit plenam probationem in causa criminali. quando agitur ad finem probandæ iurisdictionis. illius causæ secundum Gemin. in c. si iudex laycus §. i. in i. not. nu. 2. de sent. excom. in 6. Marf. in d. §. plurium quoque nu. 74. ff. de quæstion.

4 Fallit etiam ubi tractatur de probanda consuetudine & mala fide. In primo casu. Abba. in consi. 53. In prædicta causa uol. ij. De secundo uero fulgo. consi. 158. col. ij. In noten. in c. cum tu. de usur. Abb. in consi. 81. ex themate. ubi ad probandum quem esse usurarium sufficit probatio famæ & Raphael fulgos. consi. 145. quando plurime Marf. in d. §. plurium quoq; nu. 84. ff. de quæstion. cum aliis titulis & tu not.

5 Fallit itidem in filiatione, quia sola fama publica nõ probat filiationem. Ita Deci. in c. per tuas. nu. 39. de probat. & in consi. 54. col. i. n. Saly. in l. i. col. iij. testib. fulgo. consi. 138. col. ij. Alex. consi. 51. uiso. col. 2. uol. i. & ad probandam filiationem cõmuniter fiunt 2. capitula. ut Deci. in d. c. per tuas.

### REGULA V.

Furnum, In sua parochia quilibet habere tenetur. ex l. dispositione, & antiquissimo usû huius ciuitatis & omnes tenentur eorum panes decoquere in sua parochia: soluentur furnario solidos 6. per singulo stario farinæ iuxta partem 130. 31. Augusti & quilibet priuatus furnum in hac urbe habere potest. ac præscribere potest. ut in l. fin. ff. de usucap. Ita Guido Papa q. 298. nu. 2.

6 Ex quo omnis actio & omne ius spacio annorum 30. temporatur, & ex l. senatus 1488. omnibus præbet securitatem. & l. communis uult, & requirit quod nullus posthac molester. uel inquietudinem formidare possit annis 30. decursis secundum tex. in l. fin. C. de fund. patrimo. l. xi. ita Neap. decis. 329. nu. 2. & 3.

Quero insuper an obligatio de pane coquendo per furnarium in suo forno pro tota sua familia sit seruitus. An obligatio personalis t Bal. in l. si pluris. In quarto contrario

trario



erario. nu. 12. C. de cond. infertis tenet, quod est seruicia  
innominata quæ debetur a re personis, & ideo annorum  
30. spatio perscribitur. Quod tu not.

4 Fallit hæc regula, quando consuetudo esset in cōtrariu  
ob aliquam publicam utilitatem. ut puta si in ciuitate pa  
ua & Angusta foret aliquod furnum & dubium esset, ne di  
num uicinis inferatur in pane coquendo, tunc illud in lo  
co remoto prope menia construi & poni poterit: ex anti  
qua consuetudine: quæ nullo modo immutari potest l. ma  
nifeste. C. de seruit. flori. in l. si seruus. §. si furnum. ff. ad l.  
acquil. cum aliis.

5 Quæro etiam, insuper si pactus sum cum furnario de pa  
ne coquendo pro me & familia mea per annos decem, in  
ratione libra. 10. in quo tempore duos tamen habebam  
lios, & postea plures alij. mihi nati sunt & sic aucta fuit fa  
milia dubitatur. An furnarius de cetero teneatur panem  
decoquere pro eodem precio, concludendo dic q. sic. quia  
dictio familia est nomen † uniuersale quod respicit argum.  
& diminutionem. ut l. peculium. in princ. ff. de leg. 1. §. 1.  
ita tenet Dyn. & Cyn. in l. non modus. C. de seruit. & l. pla  
cet in fin. C. de sac. sanct. eccl. Anch. in c. quanto de cen.  
& ibi Io. Anna. & Felin. Marf. in rubrica. C. de probat.  
410. & nota distinct. Cepol. in tract. de seruit. urba.  
diorum. In tract. de furno nu. 4. dicenrem. An conuenio  
sit stipulata sub nomine uniuersali, aut sub nomine suo &  
filiorum: uel sub nomine particulari: & dic in omnibus  
ut ibi quod nota.

7 Fallit in legato annuo, relicto super tali furno libra. x. et  
diminutis personis: ex aliquo accidenti integra tamen pen  
sio annua debetur secundum Cyn. in l. si quis argentu. §. 1.  
C. de donat. & l. Lulius Titius. ff. de alim. & cib. legat. §. 1.  
Gu. id. papa q. 8. q. not. & tene menti.

#### REGULA VI.

8 Gabella in contractibus emptionum per emptores solui  
omnino debet, & hæc est communis opinio, & ita tenet  
Bal. in rubrica. C. si cert. pet. & de reb. cred. nu. 4. & est rex.